2055 [= 2952] Neapoli CORR.; apud Spataphorum CAPACC.; pars prior extabat in suburbano Ian. Mazzae PROC. COM., extat nunc in museo publico.

ANNEIA*E · SP · F · AMPLIATAE*
LIBERTI*S · LIBERTABVSQ*
MEIS · PO*STERISQ · EORVM*

Descripsi quod extat et recognovi. Integram referunt Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 278, orth. p. 42, 3 (inde Ligorius Taur. 12; Grut. 856, 10) et Capaccius l. I c. 21 p. 346 (ex eo Fabrett. 151, 207); fractam Comus apud Mur. ms. et ed. 1518, 1 et Procaccellius ms.; Fiorelli cat. n. 1091. Orelli 2694.

2056 [= 6414] Puteolis rep. SCHERILLO apud Fiorellium. Est Neapoli in museo.

D M
A N N I O C E L E
R I N O · I N F I R
M E · A E T A T I S
A D V L E S C E N T I
Q · V · X · ANN · XXII sic
MENS · VIIII · DI · II
BICTORIA COIVX
CONTRA BOTO · B · M · F

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 867. Versus duo extremi postea adiecti sunt.

2057 Puteolis.

D · M
M · ANNI · FORTVNATI
L · MARIVS · ZENON · ET
ANNIA · CHRYSIS · PARENTES
FILIO · PIISSIMO · VIXIT
A · XVIIII

Servavit Marucellianus liber A. 79, 1 f. 75 (inde Bongianelli apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 256).

2058 [= 2959] Puteolis rep., deinde apud Baronem, nunc Glienickii apud Carolum e regia gente Borussica.

D · M
C · ANNIO
LVCIFERO
· H · B · M F

Minervini *Bull. Nap.* V p. 47. Descripsit Philippi.

2059 Miseni rep.; a Piscopo emit a. 1853 museum Neapolitanum.

D · M
M · ANNI PRI
MITIVI ANNI
A MAXIMA CON
IVGI BENE
MERENTI
FECIT

Recognovi. Fiorelli cat. n. 502.

2060 [= 6415] origine opinor urbana; nam legitur in indice Farnesiano n. 103. Est Neapoli in museo.

D M
A N N I O P R I M O
Q V I V I X A N N I S
XXXXVIII MENS VII
A N N I A S T A F Y L E
C O N I V G I F E C ·

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1757.

2061/2 Qualiani prope Neapolim rep. in fundo patrum S. Petri ad aram ARDITI. Hodie Romae in museo Vaticano.

GREGORI VIBAS VENENIO NIKA
ANNIVS
SECVNDVS BIBE SECVNDE

Rossius misit. Arditi in epistula ad Marinium 27 Febr. 1787; inde Marini apud Maium script. vet. t. V p. 353, b.

2063 [= 2954] Puteolis in S. Francisci sep. n. 28 antea, nunc Neapoli in museo.

ERGOD
FILIO · BEI
ANNIA · EA
LIBERTIS · LI*bertabusque*
EO*rum*

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 972.

2064 [= 2955] Marani VI a Neapoli lapide *nel canto della casa de' Baiani a Piazza d'Arco* ANTINORI.

D · M
ANNIAE
EVTYCHIAE
L · ANNIVS
CORINTVS 'sic' Aeg.
CONIVGI
OPTVMAE

Aegyptius descripsit, unde edita est a Mur. app. 8, 12 e sched. Goetzianis et in opusc. Aegyptii p. 180. Gervasio Gavia Marc. p. 54 ex schedis a. 1741 ab Antinorio exhibitis Mazochio.

3 EVTICHIAE Gerv. — 5 CORINTHVS Gerv. — 7 OPTIMAE Aeg. (opusc.)

2065 [= 128 = 2956] Marani ANT. GIOV. GIVST. — Atrani MVR. errore.

D · M
ANNIAE · C · FIL
LONGINAE · V
XORI · INCON
PARABILI
T · IVNIVS
HERMES
MARITVS
FECIT

Mur. app. 9, 1 e schedis Goetzianis; Gervasio Gav. Marc. p. 38 ex Antinorianis Mazochio exhibitis a. 1741; Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 64; Giustiniani *diz. geogr.* t. V p. 354 ab Ios. Proto.

2066 [= 2957] Puteolis MAR.; in quadam domo iuxta mare AVG.; *nel borgo vicino al mare sopra la porta di Antonello Pisano* ACC., prope Neapolim in villa Aldimariorum AEG MAZ.

IN · HOC · CEPOTAPHIO · MACERIA · CINCTVM
ANNIAE · MAXIMINAE · ET · ANNIORVM
CELERIONIS · MAXIMINI · ET · CELERINAES
FILIORVM · EIVS
QVAE · EST · DOMVS · AETERNALIS

Marucellianus liber A. 79, 1 f. 75; Augustinus cod. 3540 f. 1', cod. 3528 f. 19' (inde Apianus 126, 4; Grut. 668, 6 ex Apiano); Accursius VI n. 9; Aegyptius *opuscoli* p. 200; A. S. Mazochi spicil. bibl. 3 (1778) p. 223. Orelli 4518.

1 CEROTAPHIO Aeg., EPITAPHIO Ap. contra auctorem. — 2 MAXIMINE Mar. — 3 CELERIONAES Mar., CELERINES Aeg. — 5 QVE Mar. Aug. 3540.

2067 [= 2958 + 3045] Puteolis in via Campana SCHERILLO. Ibidem in aed. privatis EGO a. 1846.

· D ·
ANNIAE · PRI
SANCTAE · F
VIXIT · ANN
MENSIB · VI
CLAVDIVS · O
MÁRIT
B · M · FEC

Descripsimus Scherillo integram, ego bipertitam. 6 O... ego, VI... Scher.

2068 [= 6413] Neapoli in museo.

A N N I A E · V I C T O R I N E
I N N O C E N T I S S I M E · Q V E
VIXIT · ANN · XIII · M̄ · ET · D̄ · sic
FILIAE · IVLIAE · VICTORIN
IVLIVS · ANTONINVS · FRATER
MATRIS · AEIVS · VERE · M · F

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1680.

2069 [= 6418] Neapoli in museo.

· D · M ·
C · A N T I S T I O ·
R E S P E C T O ·
Q V I · V · ANN · IIII
M · VIIII · DIEB · V ·
· ANATOLIVS · FIL · B · M F

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1656.

2070 [= 2960] olim Neapoli apud Vallettam, deinde apud Andreinum. Postea Florentiae apud Gorium; nunc ibidem in museo publico.

A N T I P A T R A
D V L C I S T V A
HIC SO ET NON SO

Recognovi. Goetzius a. 1698 in schedis Halensibus; Gori I, 256 ab Andreino (ex eo Mur. 1633, 5), III p. 54 de visu. Orelli 4810.

Hic so (= sum) *et non so* (= sum). Similia reperies V, 2893.